



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

De visu. ca. 20.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

Odorat<sup>9</sup>. §18.

Gustus.

Tactus

Jerem. 9.

Olefactum debellare properant vnguenta, quod si odore per nares penetrante intus latens animus captus fuerit, omnibus muliebribus delicijs ad se aditū aperiet neque cum odoramentis ad luxuriam vsi pudebit. Cum gustu certabunt esculentorum poculentorumque exquisiti saporis, quorum auuiditate superatus animus, per lubricum gulę callem crapulam illabi permittet, vtriusque fauere incipiens, temperantię renuntiabit. Omnibus autem aduersarijs istis eorumque similibus viā tactus patefaciens, quicquid per alios sensus affectauit, id per se tandem opere complere maturabit, & demum animus ipse perditę vitę conscientia pulsatus, cum Ieremia queri poterit, flensque ac lugens exclamare, Mors ascendet per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. Vitijs enim dominantibus, bona animi concidere ac perire necesse est. Porro vt bona vigeant, & mala repellantur, singulis remedijs singuli roborandi atque tuendi sensus erunt.

¶ De visu. Caput XX.

Eccls. 27

Ezec. 20.

Eccls. 2.

Matt. 6.

**V**tergo mūdōs habeas oculos, mundi pulchritudinē immēsitatēq; intuere, & eius opificē ac gubernatorem deum intellige, mirabiliumq; operū laudamagis mirādū autorē. Si venustę mulieris forma occurrerit tibi, tūc cū ppheta deū deprecare: Auerte oculos meos ne videāt vanitatē. Quod si illa suū in te figat obtutū tu retrahe tuū, & memento esse scriptū, Annuens oculo fabricat iniq̄, p̄pterea q; p̄cipi i Ezechiele, Vnusq; oculos suos offensiones abiciat. Audi confitentem Salomonem: Oīa (inqt) q̄ desiderauerūt oculi mei, nō negaui eis: & cum nihil omnino in hac vita permansurū animaduerteteret, exclamauit: Vanitas vanitatū, & omnia vanitas. Audi & saluatoris in euāgelio dictū: Lucerna corporis tui est oculus tuus: si oculus tuus fuerit simplex, totū corpus lucidū erit: si autē oculus tuus fuerit nequam, totū corpus tuum tenebrosū erit. Siquidem oculi vagi & immodesti reliquorum quoque sensuum

parere se lent incongruentiam, & nec audire, nec odorari, nec gustare, nec tractare pigebit aliquid, quod volu-  
prati erit, conspiciere. Sicut autem simplex aspectus for-  
mam docoremque omnium quæ videt, ad conditoris  
laudem refert, ita reliqui sensus eum imitati, nihil pror-  
sus admittunt, quod deo minus gratum fore arbitran-  
tur: atque ita puri oculi totum corpus lucidum reddunt.  
Repulsis enim vitiorum tenebris, adamata virtus spi-  
ritum simul & carnem suo irradiat fulgore. Si te (ingit) **Ibidem.**  
scandalizat oculus tuus, erue eum & projice abs te. Me-  
lius est tibi cum vno oculo ingredi in vitam æternam  
quam duos oculos habentem mitti in gehennam. Non  
corporis oculus erucendus est, sed mentis. Nam clau-  
sis quoque oculis peccant cæci, Compesce igitur animi  
motum ad illicita laceffentem, & melius tibi erit, abs-  
que presentium voluptatum usu ad æternas transire deli-  
cias, quæ tota vita per omnes voluptatum illecebras deducta  
supplicij mancipari sempiternis. Vt ergo regni potius  
hæres quam pœnæ reus inuentaris, imitare sanctissimi Iob  
continentiam, qui ait, **Iob. 31.**  
Pepigi fœdus cum oculis meis, **Iob. 31.**  
ut ne cogitarem quidem de ygine. Conuenerat quippe  
cum oculis ne aspicerent, secum ne cogitaret. Spectacu-  
lis quoque illis adesse caue, in quibus lasciuia inhonestaque  
aguntur, libidinis enim incitamenta sunt, & in quibus  
cæde humana grassatur, ne sæuitiæ impietati que assue-  
scas, cum proximi tui cruore oculos satiaueris. Ab his au-  
uersus prophetam audi dicentem, **Isaia. 45.**  
Qui obturat aures su-  
as, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne vide-  
at malum, iste in excelsis habitabit.

## De auditu Caput. XXI.

**A**urium autem conseruare integritatem ita oportet. Caue ne quid obscœnum, ne quod iniquum, ne **Eccle. 28.**  
quid ab humanitate alienum libenti animo auscultes,  
dicente scriptura, Septi aures tuas spinis, & linguam ne-  
quam noli audire. Delatoribus, detractoribus, impudicis,  
inaniter incõditeque garrientibus, impie de religione sen-  
tientibus, non accommodes auditum, nisi contradi-